

SPECVLVM MAGNVM

EPISCOPORVM, CANO-
NICORVM, SACERDOTVM ET
*aliorum Clericorum omnium tam Secu-
larium quam Religiosorum.*

EX ADMIRANDIS PONTIFI-
CVM, EPISCOPORVM, SACER-
dotum, aliorumque Ecclesiasticorum dictis & factis in
gratiam Concionatorum & eloquentiæ Studioso-
rum per locos communes iuxta Alphabeti
seriem digestis, concinnatum

P E R

MATTHAEVM TYMPIVM Theol.

Accessit eiusdem industria SPIRITVALIS
MILITIA CLERICORVM.

Permissu



MOGVNTIÆ,
Sumptibus PETRI HENNINGII,
ANNO M. DC. XIV.

HEB. 13. V. 7.

Memento re prepositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei, quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem.

B. Athan. in vita S. Antonij.

B. Antonius Monachorum cellas obibat ac sedulo obseruabat singulorum virtutes ac mores ut eos imitare posset.

Cassian. lib. 5. inst. mon. c. 4.

Vetus B. Antonij admirabilisque sententia, Monachum spiritualia mella condere cupientem velut apem prudentissimam debere unamquamque virtutem ab his qui eam familiarius possident deflorare, & in sui pectoris vase recondere.

Cassiod. ad Calchedonium & Geron-
tium Abbates.

Vitas Patrum & passiones Martyrum legite, ut sancta imitatio vos pronocans ad caelestia regna perducatur.



REVEREN-
DISSIMO ET IL-
LUSTRISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO, D. THEODORO
*Episcopo Paderbornensi, S. R. Imperij
Principi, Domino suo Cle-
mentissimo.*



VB L I M I S ille apex Phi-
losophorum *Plato*, illu-
strissime Princeps, &
Patrone Clementissime,
discipulos suos admone-
bat vt se ebrios in specu-
lo contemplarentur, sic
enim fore, vt, dum faciem suam furibun-
dam, fanaticam, ac turbulentam intue-
rentur, in posterum ab ebrietatis vitio ab-
horrent. Huius præceptor *Socrates* sua-
fisse discipulis fertur, crebro vt semet in
speculo contemplarentur, vt, qui eorum
sua pulchritudine sibi foret complacitus,
procuraret ne corporis dignitatem mo-

P R A E F A T I O

A D S P E C U L I H V -
I V S I N S P E C T O R E M
E T L E C T O R E M .

IN Theatro historico pœnarum & præ-
miorum falsam esse docui persuasionem
Atheorum & politicorum nostri tempo-
ris, qui sibi imaginantur nullum esse nu-
men à quo istud vniuersum & res huma-
nae gubernentur, sed omnia, vel natura quodam imperu
vel fortuito caussarum concursu euenire. Nam Deum na-
non solum post hanc vitam, sed saepe etiam in hac vita
rationem actorum exigere, pro male gestis pœnas insti-
gere seu irrogare, & pro bene actis præmia distribuere,
copia Exemplorum haud parua ostendi; eam duntaxat
ob causam, vt omnes Christiani, & Clerici & Laici, eo-
rum consideratione cum à flagitijs absterreantur, tum
ad virtutem incitentur, valideque diuinum numen (cu-
ius potentiam & dominatum nemo effugere valet) re-
formident, ne illius leges & sanctiones violantes vin-
dictam & pœnas immortales in caput suum accer-
sant.

Athei a-
trocem in-
iuriam ir-
rogat Deo,
suntque rei
lesa maie-
statis diui-

Deus ma-
les acta sup-
plicij be-
nefacta pra-
mijs com-
pensat.

In hoc vero speculo cum solis mihi negotium est Cleri-
cis, iisque bonis. Magnum illud Gratia deus S. Chryso-
stomus recte dixit in c. 21. Mat. hom. 38. Sicut de tem-
plo omne bonum egreditur, sic & de templo o-
mne malum procedit. Nam si Sacerdotium inte-
grum fuerit, tota Ecclesia floret: Si autem corruptum
fuerit, omnium fides marcida est, non aliter atque si sto-
machus sanus fuerit, totum corpus validum est si autem

V. Basil. ep.
69. & 70.

PRIMUM CLERICI BONI
SIGNVM EST.

ABVSVS COR-
RIGERE, ET PRA-
VOS MORES EVELLERE,

*seu, omnes in eo nervos contendere, ut perni-
ciosæ consuetudines ritusq; fædi tollantur, vel
ut perniciosis moribus sublatis, extermina-
tis, atq; reuulsis salutare inducantur.*



Postolus Paulus Agapas seu cō-
uiuia. quæ olim in Ecclesiis &
publicis cōuentibus ante Eucha-
ristiæ sumptionē instituebātur,
(ad imitationē Christi, qui & ipse
communē cœnā Eucharist' e institutioni, distribu-
tioni, & sumptioni præmisit) ob graues abusus
qui irrepserūt, sublata esse voluit. Reprehēdit. n.
ep. 1. ad Cor. c. 11. non modo hoc q̄ pauperes & te-
nuioris fortunæ homines ad epulas illas non ad-
mitterēt, & soli omnia esculēta & poculenta absu-
merent nō ad satietatē duntaxat, verum ēt vsq; ad
temulentiam, q̄ certe nō erat Dominicam cœnam
manducare. Nā in Dominica cœna cōi & vsuali,
quā Christus ante institutā Eucharistiā iniit nihil
simile accidit. Neq; .n. alij esuriebāt, alij ebrij erāt
sed oēs æqualiter de cœna illa participabant: neq;
alius alium anteuertebat, sed cibos illos non nisi
omnib. præsentib. gustarūt. Hinc Paulus monet
Corinthios, vt si quis adeo fame vrgetur, vt cæte-
ros exspectare nequeat domi cibū capiat, & famē

*1 Exemplū
Agapas
charitatē
significat,
quia chari-
tatis inuen-
da, conser-
uanda, in-
tegranda,
& refarciē-
da argu-
mentum
erant hæc
conuiuia.*

P. CAROLVS RE-
GIVS DE CHRISTIANO

ORATORE LIBRO 6.

Capit. 31.

HABEAT noster orator selectiora San-
ctorum & illustrium virorum exempla
in locos communes virtutum ac vitiorum dis-
posita, ex quo promptuario possit aliquid op-
portune pro materia ac varia rerum tracta-
tione depromere, utile enim valde est & mul-
tum addit concionibus ornamenti graue ali-
quod exemplum suo loco propositum ac per sepe
magis ad persuadendum quam ipsa rationes
& argumenta valent.

M O G V N T I A E.

Excudebat Ioannes Volmari.

A N N O M. DC. XIV.

TRACTA-
TVS TRES SPI-
RITVALES,
MATTHÆI TYMPII.

- I. De hostibus, bello, & armis militum Christi.
- II. De alexipharmacis peccatorum cum generalibus tum specialibus.
- III. De arte beate viuendi, & cœlestem patriam obsidendi, expugnandi ac spoliandi.

Tob. 7. v. 1. *Militia est vita hominis super terram.*

1. Tim. 1. & 2. Tim. 2. *Milites bonam militiam laborans sicut bonus miles Iesu Christi.*



MOGVNTIÆ,

Sumpt. Petri Henningij & Lamberti Rasfeld,
Excudebat Ioannes Volmari.

ANNO M. DC. XIV.

Spiritualem hanc militiam plane diuinā
 appello, & bellum hoc cœleste nuncupo,
 quia nobis viam in cœlum struit, & adi-
 tum parat ad cœleste regnum, quod à diebus
 Matt. 11. 12. Ioannis vim patitur, quodque rapiunt non se-
 gnes aut pauidi, sed violenti. Opto autem ut
 hic labor meus omnibus Ecclesiasticis qui ar-
 etissimo Vinculo & Sacramento adacti Chri-
 sto nomina in militiam perpetuam dederunt,
 admodum sit fructuosus. Eundemque honoris
 & incunda amicitiae causa dedico ac consecro
 Admodum Reuerendo, eruditionis, pietatis
 ac sapientiae gloria prestantissimo viro ac Do-
 mino, Domino IACOBO LEENDANO I. D.
 Clarissimo, apud Colonienses in Capitolio & ad
 Gradus Canonico optime merito, fautori suo
 vnice obseruando.

Disce quo pacto { Mundi impetus frangatur.
 { Dæmonis insidiæ caueâtur.
 { Carnis incēdia restringantur.

TRAC-



TRACTATUS I.

DE HOSTIBVS,
BELLO, ET ARMIS MI-
LITVM CHRISTI.

CAP. I.

De hostibus militum Christi.

*Quibus cum hostibus militi Christi nulla induciarum
pactione acriter depugnandum ac decertan-
dum est in hac vita?*



VM Dæmone, Mundo, & carne
hostibusvalde vastis, strenuis, cru-
delibus, perfidiosis.

Primo enim superne & infer-
ne in nostram perniciem peruigi-
les excubant nequissimi & versutissimi *Cacodæ-
mones*, primi pacis nostræ proditores, mille dolis,
mille nocendi artibus in nos armati, vt mentes
nostras igniferis & lethali tinctis veneno telis
configant, atque in æternæ miseræ regionem, in
sempiternos flammaram globos secum abdu-
cant.

Hinc ille Christianæ militiæ signifer Paulus, *Eph 6. v. 14*
Induite, inquit, panopliam, vel totam armaturam Dei *2. Cor. 10. v*